

996 agosto 23 (Verona).

Gli abitanti di Illasi, Colognola, Caldiero e Porcile, assieme al vescovo Othbertus, presentano al placito presieduto da Ottone III dei diplomi di Ottone II che testimoniano i diritti della *curia Ilaniense* su alcuni territori che le sono contesi dagli abitanti di Zevio. Poiché questi ultimi non possono produrre alcun documento, viene data ragione alla *curia Ilaniense* e al vescovo veronese.

Copia del principio del sec. XIV, in Verona, Archivio di Stato, SS. Nazaro e Celso, Perg. busta 13 (rotolo n. 542) [B]

Edizione: Manaresi, 229.

[.....] talia ut adversum prudentissimum virum dominum Othbertum episcopum¹: “Quid tibi videtur de hac lite?”. Ipse autem dixit: “Vere mihi notum est, quod homines de Ilasi et Coloniole et Calderii et Porcile hactenus tenuerunt et tenent pratum Scosagagnum et Formigedum et Insola longam nec non et Batalolam per scripta et per precepta antecessorum vestrorum, scilicet regum ac imperatorum, et eciam genitor vester bone memorie Oto imperator gloriosus curie Ilasiensi scripto suo corboravit²”. Et dominus imperator inquit: “Volumus scripturas ipsas audire”. Tunc idem Othbertus episcopus mire legit precepta imperatorum audientibus cunctis. Perlectis autem et intellectis scriptis dominus supralibatus imperator interrogavit homines de Grepeto³: “Habetis aliqua scripta de hoc? Hostendite nobis, ut audiamus et intelligamus”. At ipsi dixerunt: “Et si habuimus ammissimus et longis retro temporibus possedimus supralibata loca; non fuerunt nobis nec nostris antecessoribus interdicta vel aliqua molestia inde facta”. Et Il[asie]nses responderunt: “Nunquam possedistis nec aliqua inde habuistis nisi furto et rapina”. Tunc dominus imperator interrogavit principes et sapientes qui ibi aderant: “Quid vobis videtur de hac lite? Sumite consilium inter vos et nunciate nobis”. Sumpto vero consilio omnes principes et sapientes una voce dixerunt: “Nequaquam pertinet de illis locis ad prefatos homines de Grepeto”. Tunc supramemoratus dominus imperator magnificus et discretus videns et audiens quod rectum erat et ad homines ipsos de Ilasi et Coloniole et Calderii et Porcile⁴ supradic[ta] loca, ut Formigedum, Insola longam et pratum Scosagnum^a nec non et Bataliolam legibus pertinebant, Epella vero de curie Ilasii solummodo pertinere legibus cognoscens, consilium domini Iohannis patriarche⁵ et ita omnium archiepiscoporum episcoporum ducum marchionum comitum palatinorum et aliorum procerum et iudicum quibus eodem iudicio erant, iussit et statuit, ut deinceps eidem homines de Grepeto omino^b contempti permanerent⁶. Hec scilicet rationem laudaverunt omnes principes et sapientes clerici et layci. Et ut verius credatur crederetur^c, nomina principum ac iudicum his superius declarare curavi. Surrexerunt autem Othbertus episcopus et Ilasiensis habitatores ceperunt dicere ac postulare mercedem: “Petimus ad vos, o dominus imperator, pro anima vestra et patris ac matris vestre ut bannum^d vestrum super nos et super iam dictis locis, quod per vestram mercedem nunc habemus et Deo annuente per vos ac per vestros successores tenebimus, ut nullus quislibet homo nos disvestire nec inquietare audeat sine legali iudicio”. Tunc idem dictus dominus imperator per consilium qui ibi aderant eorum considerantes illorum scriptos et rationes quem^e in sua tenebat manu, bannum suum imperiale misit et sicuti et fecit, in mille mancosos aureos, ut nullus quislibet homo eos disvestire vel inquietare aut placito fatigare audeat de supradictis locis vel de omnibus quibus olim per

^a In Manaresi Scosagagnum.

^b In Manaresi omnino.

^c In Manaresi manca crederetur.

^d Manaresi prepone mittatis.

^e Manaresi prepone per fustem.

imperatorum antecessorum suorum tenuerunt^f vel tenent, aut omnes res et proprietates quas modo habent aut in antea Deo propicio adquisierint, sine legali iudicio. Qui vero hoc fecerit, predicti^g mille mancosos aureis se conpositurum agnoscat, medietatem camere imperatoris et medietatem supradictis hominibus vel suis heredibus. Et hac noticia qualiter acta est, pro securitate Othbertus sagacissimus episcopus et Ilasienses signum imperatoris fieri rogaverunt Quidem et ego Eribertus iudex et notarius domini imperatoris ex iussione suprascripti imperatoris et auctoritate principum et iudicum scripsi. Anni ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCCXCVI, indictione nona, anno autem tercii Otonis regnantis XIII, imperantis primo, die vigesimo tercio novembris^{7h}. Signum + manus domini imperatoris Otonis, qui hoc signum crucis fecit. + Ego Iohannes Aquileiensis patriarcha interfui et subscripsi. + Ego Reginpreth Dei gratia Maguthensis archiepiscopus subscripsi. + Ego Rothpert Treveciensis archiepiscopus interfui subscripsi. + Ego Rozo Trivianensi episcopus⁸ interfui subscripsi. Signum + manus Ardingi comitis palatinus fieri iussit. + Ego Lanbertus Vicentinus episcopus⁹ interfui et subscripsi. Signum + manus suprascripti Tebaidi ducis et marchionis, fecit quiⁱ hoc signum crucis. Signum + manus dompni Henrici ducis, qui hoc signum crucis fieri iussit. + Odelrich comes¹⁰ subscripsi. (S) Ego Manfredus¹¹ domini imperatoris iudex eius iussione interfui et subscripsi. (S) Ego Riprandus iudex sacri palatii iussione imperatoris interfui et laudavi et subscripsi.

^f *Manaresi prepone precepta.*

^g *In Manaresi predictos.*

^h *In Manaresi augusti.*

ⁱ *In Manaresi manca qui.*

NOTE STORICHE

¹ Su Oberto si veda Veneto 11.

² Questo placito costituisce un'eccezione al panorama generale, che vede sempre meno frequenti le occasioni per le comunità rurali di appellarsi alla giustizia e di uscirne vincitori (BOUGARD 1995, p. 263; per un esempio contrario, CASTAGNETTI 1988, p. 51). Del resto, in questo caso, gli abitanti di Illasi furono spalleggiati da un vescovo – il quale peraltro si era dimostrato molto attivo nel far valere i propri diritti – mentre quelli di Grepeto, che agivano da soli, andarono verso una certa sconfitta.

³ Zevio (BRUGNOLI 2010, pp. 226-227).

⁴ I confini della *curia Illaniensis* sembrano superare la valle di Illasi (BRUGNOLI 2010, p. 219).

⁵ Johannes IV (984-1017) (GAMS 1857, p. 774). Nel febbraio del 995 presiedette un placito a Verona in cui gli interessi del monastero di San Zaccaria di Venezia si contrapponevano a quelli del monastero di Santa Giustina di Padova (Veneto 12).

⁶ Gli abitanti di Grepeto persero per non aver potuto produrre a loro volta un documento scritto che attestasse i loro diritti. Come ha notato Bougard, in una situazione simile nel secolo IX si sarebbe richiesto alla controparte un giuramento; l'importanza probatoria dell'atto scritto aveva dunque surclassato la testimonianza orale (BOUGARD 1995, p. 331).

⁷ Manaresi, p. 340-341, rileva l'inverosimiglianza di una tale datazione. Infatti, Ottone III, che presiede il presente placito, fu nel settembre ancora a Pavia (Manaresi, 226) e tornò in Germania in ottobre.

⁸ Nel marzo dello stesso anno partecipò anche al placito in cui il vescovo di Belluno Giovanni si contrapponeva al doge Pietro (Veneto 13). Tra il 969 e il 998 fu beneficiario da un privilegio di Ottone I (che, su richiesta dell'imperatrice Adelaide, gli riconosceva il possesso del castello di Asolo con alcune cappelle) e tre di Ottone III (che confermava le donazioni precedenti e gli concedeva il monastero di Mogliano): MGH, DDOtto I, 378; MGH, DDOtto III, 69, 225, 271 e SARTORETTO 1979, nn. 3-4-5-6. (Su Roza vedi GAMS 1857, p. 803).

⁹ Nel marzo dello stesso anno partecipò anche al placito in cui il vescovo di Belluno Giovanni si contrapponeva al doge Pietro (Veneto 13).

¹⁰ Secondo il Castagnetti, questo conte non è collegabile a nessun territorio Veronese (CASTAGNETTI 1993, p. 83).

¹¹ Manfredus (Manifredus, Manfredo). Il 16 maggio del 976, a Brescia, redasse il documento del placito nel quale la canonica di Santa Maria a Verona ottenne il riconoscimento di una proprietà a Legnago (Manaresi, 175); da non confondersi con l'omonimo Manfredo che assiste al placito del 18 luglio 998 (Manaresi, 140) (RADDING 1988, p. 255).